  poft colaturam cum expreffione F. Clyftrem, cum vel fine lubricantibus 3.) ftimulantibus 4.) & appropriatis aliis, 5.) D. cum pertinentibus, 6.) Ufus eft alterans 7.) vel purgans.

1) ▽

1.) ▽ s. hordei decoctum, serum lactis simpl. aut chalybeatum, ▽ & vrina, ▽ & vinum. Coquuntur C. C. g. m. ad tertias vel dimidias, & proceditur in omnibus, ut in decocto, a quo nihil differt clyster, nisi per addenda.

2.) Quædam horum ob sui gravitatem vel levitatem in petia ligantur, *colocynthis, agaricus, sem. carthami, crocus metallorum.*

3.) Oleosis, pinguedinibus, mellibus,

4.) ⊖nis, ⊖ *gemm. commun.* ♀, ♁, ♓, *saccharo*, *syrupis*; purgantibus, electuariis, confectionibus, pilulis, trochiscis;

5.) liquidis aut solvendis; sevum hircinum, butyrum recens, vitellus ovi, terebinth. Veneta, opiata, rob, electuaria, theriaca, philon. Rom. balsama, ⊖ia volat. & fixa specifica, ▽æ destillatæ ∼osæ, ℞æ, ∼ ⊖ ♓, ol. destillata, ℥res castorei, trochisci alhandal, &c.

6.) Advesicam cum instrumento, majori pro adulto, vel minori pro puero.

7.) Alterantes, febriles, anodyni, carminatiui, vterini, &c. citra omnem stimulum, præscribantur, quo diutius retineantur.

Vitentur eadem, quæ in decoctis, nimis crassa, viscida, præsertim quæ post colaturam addi debent.

Proportio ingredientium, decoquendorum, qualis in decoctis manet; addendorum post colaturam,

⊖ium
sacchari } ʒj-ii-iv.
syrupi

electuarii purgant. ʒvi-℥iß.
oleorum.
mellis. ℥i-ii.

---

ad liquoris simplicis aut decocti ℥iix-xii.

Quantitas totius pro ratione ætatis sunt ℥iij-xv.

Exempla.

℞. ol. lin. express.
chamom. coct.
castor. an. ℥ii.
destillat. carv. ℈i.
mell. rutac. ℥i. M.
F. clyster.

℞. iuscul. vervec. non salit.
(aut decocti s. ▽ hordei,) ℥ix.
mell. ☿lis ℥iß.
ol. commun. (vel, olivar. amygd. d.
electuar. lenitiv.) ℥i.
sacchar. Thom. ʒii.
(syrup. de cichor. c. rh. ℥ß.) M.

℞. rad. alth. malv. an. ℥i.
h. V. emoll. an. mj.
sem. lin. ʒvi.
caricar. pingv. no. IV.
C. C. g. m. coque in ▽ s. & lact. bubuli a. qv. s. Colatur. ℞. ℔j. D. cum pertinentibus. Ita superaddi potuissent superiora, excepto decocto.

℞. h. ☿al.
fol. beton. an. mii.
flor. chamom. R.
melilot. an. mi.
sem. fœnugr. ℥ß.
carv. cartham. in pet. an. ʒii.
agaric. (vel colocynth. aut, croc.
metal-

metallor. pulverisat. ℈i.) in nodulo, ʒiii.
mechoacann. alb.
fibr. hellebor. n. an. ʒiß.
(it. fol. senn. rhabarb.)
Coque in s. qv. ▽ s. In colaturæ expressæ ℥xi. dissolve
electuar. de hier. cum agaric.
conf. Hamech. an. ℥ß.
mell. squillit. ℥i.
troch. alh. pulver. ʒi.
⊖ gemm. ʒß. M. F. Clyster. D. cum pertinentibus pro adulto. In pertinaci alvi obstructione.

℞. cort. chin. de chin. ℥ii.
h. tertianar. mii.
summit. cent. min. mi.
sem. anis. ʒii.
Coque in s. qv. ▽ s. ad tertiæ partis consumtionem, colatur. ℞. ℔i.
mell. rosar. ℥j.
syrup. papav. alb. ℥ß.
M. D. cum instrum. maj. S. Fieber, Clystier, 2. Stunden vor den Fieber Anstoß.

℞. Decocti carminat. officin. ℥x.
(vel rad. carlin. fœnic. an. ℥j.
zedoar. ʒii.
h. chamom. c. flor. mij.
rut. chærefol.
summitat. aneth. an. mi.
flor. sambuc. anth. an. pii.
sem. cumin.
baccar. laur. an. ʒiij.
Coque in s. qv. ▽ s. & vin. an. colatur. ℞. ℥ix.)
electuar. de bacc. laur.
ol. castor. coct. an. ℥ß - ʒvi.
philon. Rom. (theriac. rec.) ʒii.
ol. carv. destillat. ℈ß. M. In colica.

℞. seri lact. dulc. chalybeat. ℥vii.
mell. ros. ℥i.
terebinth. in vitell. ov. solut.
seb. cervin.
ol. hyperic. an. ʒiii.
bals. Peruv. ʒß.
laud. opiat. gr. ii. M. In diarrhœa, dysenteria.

℞. h. majoran.
beton. rorismar.
pol. montan. an. mi.
flor. primul. ver. lil. convall.
ros. r. til. an. mß.
sem. coriandr. ʒiii.
cort. aurant. ʒii.
Coque in s. qv. ▽ s. & vin. Hispan. an. in vasis clausis, colatur. ℞. ℥iix.
▽ vit. Matth. ℥ß.
⁓ rorismar. ʒi.
castor. ppt. ʒß. M. F. In confortando capite, apoplexia, &c.

℞. Decoct. fl. chamom.
▽ hord. fact. ℥iiß.
mell. rutac. ℥ß.
lap. prunell. aut sacchar. gr. v. ℈ß.
ol. anis. destillat. gtt. ii. M. D. cum instr. clysmatico pro pueruło: in torminibus.

℞. vin. malvat.
iuscul. gallinac. an. ℥iv.
gelat. C. C. ℥iß.

 vitell.

vitell. ovor. no. I.
confect. alkerm. ℥ß. M.

pro clyſtere, D. cum pertinentibus. Nutriens & confortans eſt.

TAB. VI.

DE
DECOCTIS EXTERNIS.

Decocta 1.) ex { vegetabilibus, animalibus, mineralibus, } cum variis facta liquoribus 2.) { fotus & 3.) ſacculos humidos capitiluvia } parti, { balnea humida 4.) } toti } debita, pro vſu externo. F.

1.) Eadem hæc ſunt cum ſtricte dictis ſupra memoratis, quorum annotata huc referuntur, in materia, modo præſcribendi & præparandi, ſaltim diverſa ratione addendorum, & tam ab illis, quam inter ſe ingredientium quantitate & applicandi modo. Ex animalibus ingrediuntur *lumbrici*, *formicæ*, *capita vervecum*, *vitulorum*, ſicut imponuntur fomentationis gratia animalia viva diſſecta, omenta iſtorum; ex minerali, ⊖ *commune*, X, O, ⦶, 🜍.

2.) Liquores, præter illos decoctorum, pro balneo ſunt ∇ f. per ſe, aut cum *lixivii* parte, vel *cineribus* appropriatorum vegetabilium, nonnunquam *vina*, *lac*, *oleum olivarum*. Liquori omni, aut ſaltim ejus parti incoquuntur ingredientia, nuda aut ſacco, cui quandoque æger inſidet poſtmodum, incluſa. Pro fotu & ſacculis, ∇ f. *vinum*, *lac*, &c. inſerviunt.

3.) Fotus applicantur vtplurimum calide, vel cum ſacculis, quibus inſunt decoquenda; aut liquor decocti ſaltim cum linteis multiplicatis, (ſpleniis,) ſpongiave, vel vaporetenus admittitur.

4.) Balnea ſunt humida vel ſicca, immerſiva, vaporoſa, & hæc ~ſa aut uvida, concluſa vel aperta, univerſalia plus minus, ſemicupia, & inſeſſus. Vſus humectandi, emolliendi, demulcendi, mundandi & abſtergendi, diſſipandi, roborandi, ſed corpore prius rite præparato & ſtomacho vacuo.

Proportio ingredientium.

Pro *balneis*.

Rad.
cort. ℥iv. iix.
herb. m. vi-xii.
- majoris, v. g. ſtraminis aut ſtipitum fabarum faſcicul. ß vel j.
flor. m. ii.-iv,
ſem.
baccar. ℥iv-vi.
ſal. ℥iij-vi-xii-

In

In *Capitiluvio*, pedil. saccul. fotu.
radic.
cort. ℥ii-iv.
herb.
fol. miij-v.
flor. piij-mij.
bacc. ℥ß-j.
sal. ℥ii-iii.
Vel sumi potest fere dimidium balneorum.

Exempla.

℞. rad. alth. malv. an. ℥iiß.
h. melil. endiv. lactuc.
violar. fragar.
chamom. cum flor. an. mii.
flor. verbasc. malv. papav. errat.
paralys. an. mj.
sem. fœnic. ℥iv. M.C. C.
D. ad ch. s. Species zum Bad / mit 3. Theil Wasser / und 1. Theil Milch abzukochen :hoc facto spina dorsi inungatur vngvento resumtivo, infrig. Gal. butyro ♋. In hectica.

℞. rad. lapath. acut. ℥iv.
helen. glycyrrh. an. ℥ii.
herb. saponar. scabios.
fumar. plantag.
hyperic. c. flor.
chamon. c. fl. an. mij.
flor. ros. r. lil. conuall. an. mi.
baccar. laur. ℥ij.
♀ crud. ℔ß. ciner. clav. ℥ii. M.
In scabie.

℞. rad. rub. tinct. alth. an. ℥ii.
h. sabin. meliss. artemis.
majoran. puleg. nepeth.
thym. lavend. chamædr.
chamæpyt. marrub. alb.
folior. laur. an. mj.
flor. cheir. melilot. sambuc. a.mß.
bacc. laur. ℥ij.
⏀, ♀, an. ℥ii, ⊖ ♓ ℥i. M. C.C.
Pro semicupio, in obstructione mensium.

℞. rad. caryoph. ℥iv.
h. chamædr. chamæp.
serpill. pol. montan. salv.
origan. an. mii.
summitat. anth.
flor. paralys. til.
lil. convall. an. mj.
M. C.C. gr. m. cum acerv. formic. n. I.
D. S. Glieder stärckende Species, zum Bad mit Wasser. Oder es kan letzlich beym Kochen ein Ameissen-Hauffen mit samt den Ameissen hinzugethan werden.

℞. rad. ir. Flor. ℥iv.
cyper. rot.
galang. an. ℥i.
h. serpill. majoran. rorism.
meliss. ocym. origan.
beton.
flor. lil. conv. primul. ver.
lavend. ros. r. an. mß.
ovor. formic. ℥ß. seu, mß.
M. C. C. gr. m. D. ad ch. S. Kräuter zum Hauptwaschen / mit 6 Maaß Wasser und 1. Maaß Wein in einen Gefäse wohl verwahret gelinde aufzusieden.

℞. fol.

℞. fol. ſalic.
herb. verben. abſynth.
ſummit. aneth.
flor. ſambuc. papav. rh.
roſ. r. an. mj.
cort. rad. mandrag. ℥ß.
capit. papav. alb. cum
ſemin. no. iii. M.
C. C. gr. m. D. S. Species zum Fußbad.
In vigiliis.

℞. rad. pœon. ℥i.
ir. Flor. ℥ß.
h. beton. rorismar.
ſalv. maioran.
ſcord. an. mii.
flor. til. hyper. lil. convall.
ſtoech. Arab. an. pii.
thur. maſtich. an. ʒiij.
Inciſ. cont. D. S. Haupt Wund Species in 2. Säcklein / wohl durchnehet / gethan / und mit Wein aufgeſotten / wechſels Weiſe warm aufzutragen.

℞. rad. onon. fœnic. an. ℥i.
aneth. malv. an. ℥ß.
chamom. c. fl. melilot.
ſaxifrag. parietar.
chærefol. an. mj.
ſummit. aneth.
flor. verbaſc. an. mß.
ſem. lin. ℥j.
bacc. iuniper. mß, ſ. ℥iß.
M. C. C. gr. m. D. S. Linderende Kräuter Species, 2. Säcklein mit anzufüllen / durchzunehen / mit Milch aufzukochen / und ſelbige warm eins umbs andere auf den ſchmertzhafften Orth der Nieren zulegen / nachdem ſelbiger zuvor mit den Sälblein beſtrichen.

℞. ir. noſtr. ℥iß.
rad. bryon. ℥ß.
h. card. ben. miii.
major. mj.
gumm. gutt. ℈j.
⊖ ♓, ♀ viv. an. ʒiii.
Coque in lixiv. & vin. alb. an. qv. ſ. ad ℔iß. D. in fictil. S. zertheilendes Waſſer zur Bähung mit doppelten Tüchern aufzutragen; in hydrocephalo.

℞. fol. querc. betul.
h. ſalv. beton. ſcord.
abſynth. marrub.
flor. roſ. r. chamon. hyper. a. mi.
litharg. ℔ß.
oliban. myrrh. maſtich. an. ℥ß.
⊕l. Rom. ʒvi. ○ crud. ʒiii.
gallar. Turc. ʒij.
lixiv. querc. ciner. & ♆ ℔v.
✱ ℔iß, M. C. C. gr. m, coque ad ſolutionem lithargyr. vel ad dimidias; ſub finem adde, camph. ℥ß. Colatura D. S. äuſſerlicher Umſchlag warm mit doppelten Tüchern offte auffzutragen: in metu gangrænæ, & inflammationibus maximis.

℞. h. abſynth. ſcord.
abrotan. ſerpill.
majoran. origan. an. mj.
flor. til. primul. ver. an. mß.
ſem. carv. fœnic. an. ʒiii.
baccar. iunip. ℥i. C. C. gr. m. D.
ad

ad ch. S. Species zur Bähung/in einen reinen Topffe aufzusieden mit 1 Maaß Wasser und halben Nösel Wein / und die Dunst durch einen Trichter ins Ohr einzulassen.

TAB. VII.

DE

BOLO.

Mollium 1,) cum saccharo
- - & siccorum 2.) } mixtura 3), F. Bolum 4,) pro uno aut duobus
siccorum cum syrupo, præbiis. Vſus, purgans vel alterans.

1.) Conservæ, rob, pulpæ, electuaria, confectiones, extracta spissa, balsama, terebinthina.

2.) Pulveres simplices & compositi, species, præparata Galenica & Chymica, & alia pulverisanda, v. g. confectiones solidæ, trochisci.

3.) Moderando consistentiam, quæ esto spisſior quam electuarii, molliorem cum saccharo, spisſiorem cum syrupis, ultimo loco semper ponendis: syruporum vicem & corrigentis simul quandoque sustinent olea destillata, 🜍, ℞, essentiæ, balsama liquida, & 🜄æ 🜍osæ vel sapidiores.

4.) Conspergendum saccharo, pulvere cinamomi, glycyrrhizæ ne adhæreat chartæ, cujut gratia etiam hæc sumitur incerata; aut obducendum auro foliato, vel oblata involuendum, & tunc etiam D. in scatula. Forma sit oblonga instar buccellæ, & sumatur masticando sine vehiculo ordinarie, quod commodius subjungitur. Si vero fuerit quantitate justo major, v. g. ʒvi-℥j, emolliri aut plus minus solvi potest vehiculo, quo vna vice assumi queat.

Ingredientia sint activiora, vires concentratas habentia. Absint male sapida, amara, acida, acerba, (quo casu oblata implicatur,) fermentantia.

Proportio ingredientium.
Conserv.
electuar.
pulp. ʒß - ii.
pulv. simpl.
specier. gr. xv ℈ii.
pulv. Chym. gr. vi-xii.
extract. ℈ß - gr. xv.
ol. destillat. gtt. ii-iii.
syrup.
facchar. qv. s.

Dosis integra ʒi - ℥ß,
quo minor, eo melior.

Exempla.

℞. pulv. laxat. vegetab. ʒß, vel, gial. nigr. gr. XII.

resin. scammon.
☿ dulc. an. gr. vi.
magist. g. gutt. gr. iii.
æleosacch. fœnic. gr. xv.
syrup. rosar. solut. qv. s. M. F. Bolus, conspergendus cremore ♀. S. Purgier Bissen/ auf einmahl / und fettes warms Bier oder Kofent nach zutrincken.

℞. pulp. passul. min. ʒi.
tart. emet. gr. iii.
conf. anis. ℥s. ℈i. vel qv. s. M. F. Bolus, D. in chart. cerat. S. Brech-Bissen/ auf einmahl.

℞. rob. sambuc. ℈ii.
diascord. Sylv. ℈i.
bezoard. min. gr. vi.
⊖ vol. CC. gr. iv.
sacchar. qv. s. M. F. bolus, conspergendus ℥ cinamom. D. in ch. in cerat. S. Schwitz-Bissen/ auf einmahl einzunehmen/ nebenst gebühren-den Verhalten.

℞. conserv. violar. ℈ii.
resin. scammon. gr. ix.
♁ diaphor. gr. v.
ol. anis. gtt. j. M. F. Bolus S. Purgier Zucker.

℞. confect. de hyacynth. ʒi.
spec. cord. temp. ℈i.
bez. ⊙ar. gr. v.
lap. bez. occ. gr. iii.
ol. citr. ver.
cinam. destillat. an. gtt. i.
bals. vit. gtt. v. M. F. Bolus, D. in scatul. S. Stärck-Bissen.

℞. elect. magnanim. ʒiß.
chocolat. optim. ras. ʒi.
conf. alkerm. compl. ʒß.
trochisc. stimul. M.
bolet. cerv. an. ʒi.
ol. cinam. gtt. ii.
brodii conserv. zingib. seu,
iulep. ros. qv. S. M. F. Bolus, conspergatur saccharo, S. besonderer Stärck-Bissen/ beym Schlaffengehen einzunehmen/ und ein Glaß guten Weins nachzutrincken.

℞. cons. ros. r. ʒj.
pulv. stypt. ℈i.
croc. ♂ adstring. ℈ß.
extract. theriac. gr. v.
ol. destillat. menth. gtt. ii.
syrup. corallor. qv. s. M. F. Bol. conspergatur ℥ cinam. S. anhaltender Magen Zucker.

℞. chin. de chin. ℥sat. ℈ii.
⊖ vol. ♓cal. ℈ß.
antihect. Pot.
pulv. viper. an. gr. vi.
ol. caryoph. destillat. gtt. iv.
rob. juniper. aut,
syrup. de absynth. qv. s. M. F. Bolus, oblata involvendus, S. Fieber Bissen/ in warmen Wein eingetunckt/ 2. Stunden vor den Fieber Anstoß zu nehmen.

℞. diascord. Fr. ℈ii.
pulv. anodyn. confort. gr. vi.
☿ nat. ppt.
extract. croc. an. gr. iii.

sacchari parum, M. S. Ruhe-Bissen/ bey schlaffens Zeit auf einmahl einzuschlucken.

TAB. IIX.

DE
ELECTVARIOS.

Conservæ, una vel plures, - condita, 1.), - mollia alia, 2.), - - & pulveres, 3.), pulveres & pulverisanda 4.) } cum syrupis, qv. s. 5.) additis vel omissis aliis liquidis concentratis, 6.) F. Electuarium, s. opiatam, 7.) D. ad fictile. Usus, purgans raro, vel alterans.

1.) Ex solidis, v. g. radic. corticibus, &c. parata, debent conscindi grosse, & hinc contundi.

2.) Rob, pulpæ, electuaria, looh, confectiones, extracta non amara.

3.) Pulveres, simplices & compositi, species, trageæ, præparata Galen. & Chymica, magisteria, feculæ, &c.

4.) Trochisci, confectiones solidæ, rotulæ, morsuli.

5.) Vltimo loco ponendis, ut fiat consistentia bolo mollior, masticabilis; sæpe etiam, præsertim purgantia, ex specierum purgantium cum suis corrigentibus pi, & mellis despumati triplo, (cui substitui possunt pro lubitu pulpæ,) conficiuntur electuaria, officinalia itidem tamen magis quam magistralia: qui mel ferre non possunt, pro iis sumitur ad officinalia quævis saccharum ▽s. solutum & ad consistentiam syrupi coctum.

6.) Vt sunt ~us, essentiæ, Ræ, elixiria, ℴ℘ destillata.

7.) Ordinarie parantur ex conservis, pii, conditis, pi, pulveribus pß, syrupis, qv. s. M. Obduci possunt duobus auri foliis vel argenti: vel loco conservæ alia mollia, præsertim electuaria, basin & excipiens præbent. Gratus color, odor, sapor constet, masticari enim debet: quare his adversa, v. g. *mithridatium*, fermentantia, inprimis ⊖na, ⊖sa & alcalisata, vel fixa & volatilia, sibi contraria, ♎ea, viscida, calidiora, nisi hæc parcissima, exesse debent.

Proportio ingredientium.
Conserv. ℥ß - i.
condit. ʒii - ℥ß.
electuarii.
confect.
opiat. ʒi - ʒiß.

rob. pulp. ʒß-ʒi.
extract.
ſucc. inſpiſſat. ℈ß - ʒß.
pulver. & pulveriſand. ʒj-ii.
elixir.
eſſent. ℞, ℈ß-j.
ol. deſtillat. gtt. ii - iii.
♁ ♃di, parum ſub finem in guttulis, vinoſi, vt exceptum vel irrorando, ℈i.
ſyrup. qv. ſ. pro conſiſtentia.

Doſis integra ℥iii - vii.
- ſpecialis eſt quantitas nucis moſchatæ, caſtaneæ, vel quantum cuſpide cultri capi poteſt.

℞. pulp. prunor. dulc. ℥iii.
(ſive, paſſul. min. tamarind. caſſ. recens. extract.)
pulv. gial. nigr. ʒiii.
rhabarb. Al. ʒiß.
reſin. ſcammon. ℈i.
extract. troch. alh. ℈ß.
cryſt. ♀. ℈ii.
flaved. cort. citr. ʒß.
ol. fœnicul. gtt. vi.
ſacchar. finiſſ. ℥i.
ſyrup. roſ. ſolut. (l. viol.) qv. ſ.
M. F. l. a. electuar. D. in pyx. S. Purgier Lattwerge/ einer Caſtanien groß einzunehmen auf einmahl.

℞. conſ. roſ. antiqv. ℥ii.
ſcord.
h. coſt.
rad. ſymph. an. ℥ß.
looh de pulm. vulpis ʒiij.
ſpecier. diatrag. frig. ʒiß.
antiheкt. Poter.
flor. ♁.
lap. ♋. ppt. an. ℈ij.
extract. ir. Flor. ℈i.
balſam. Peruv. ℈ß.
♁ aniſat. gtt. v.
ſyrup. viol. qv. ſ. M. F. l. a. Electuar. D. ad fictil. S. Bruſt und Lungen Lattwerge/ davon täglich etlichmahl einer Caſtanien groß zu nehmen/ und langſam hinterzuſchlucken.

℞. Conſ. cochlear.
fumar. an. ℥iß.
flor. ſcabioſ.
ſcord. an. ℥j.
condit. enul. cichor. an. ℥ß.
pulv. ſtom. Qv. ʒij.
♂ ♂lis cacheкt. ʒß.
extract. pin. ſummit.
trifol. fibr. an. ℈ß.
eſſent. aromat. ʒß.
ſyrup. ſcelotyrb. qv. ſ. M. S. Scharbocks Lattwerge.

℞. Conſ. acetoſ. ℥iß.
cichor. ℥j.
roſar. ⊖lat. ʒiij.
condit. berb. ſine arill. ℥ß.
cichor. rad.
carn. citr. an. ʒiiß.
ſpec. diarrh. Abb. ʒiß.
ſyrup. fragor.
acetoſ. citr. an. qv. ſ. M.
F. electuarium, D. ad fictil. S. Magen und Leber kühlende Lattwerge.

℞. conſerv. cochlear. fumar. a. ℥j.
condit. rad. helen.

electuar.

electuar. bacc. laur. an. ℥ß.
pulv. stomach. Qu. ʒii.
♁ diaph. fl. ♀. an. ʒß.
extract. diascord. S.
trifol. fibrin. an. ℈i.
syrup. ✝sitat. citr. qv. s. M. F. Electuar. S. Im Scorbut.

℞. Conf. flor. salv. anthos an. ℥i.
condit. cort. citr.
nucis mosch.
electuar. bacc. laur. a. ℥ß.
confect. alkerm. ʒii.
spec. diambr. complet.
dianthos na. ʒi.
bezoard. ☉ar. ℈i.
castor. optim. ppt. ℈ß.
elixir. cephal. gutt. xxx.
ol. destillat. mac. gutt. V.
syrup. de staech. Fern. qv. s. M. F. l. a. Electuar. induc. fol. ☉ no. vi. D. in pyx. S. Hauptstärckende Lattwerge; in apoplexia.

℞. electuar. bacc. laur. ℥i.
diacor. ℥ß.
theriac. Androm. ʒii.
pulv. epilept. M. ʒi.
specif. cephal. ʒß.
fecul pœon. ℈j.
castor. ppt.
coccionell. ppt. an. ℈ß.
extract. sarsæpar. gr. XII.
syrup. gran. kerm.
beton. an. qv. s.
~ Ol. cephal. ʒß. M. F. l. a. Electuar. D. in pyxid. S. Hauptstärckende und Alterier Lattwerge / einer Messerspitze voll; in epilepsia.

℞. conserv. menth. ℥ij.
elect. diacor.
condit. zingib. in Ind. an. ℥ß.
spec. aromat. rosat. ʒii.
pulver. galang. cardamomi a. ʒß.
ol. cort. aurant. gutt. V.
miv. cydon. aromat. qv. s. M. F. l. a. Electuar. D. in pyxid. S. Magen Lattwerge / vor der Mahlzeit einer Castanien groß zunehmen.

TAB. IX.

DE LINCTIBUS.

Eclegma, linctus Looh 1.) ex { looh officin. sine vel cum - mollibus aliis, 2.) - pulveribus, pulveribus, aut pulverabilibus, horum ʒi, ad syrup. ℥i. 3.) mucilaginibus, balsamis, } & syrupis, qv. s. 4.) cum vel sine liquidis concentratis, 5.) F. Usus est pectoralis, incidendi, vel incrassandi & temperandi pro trachea; raro purgans vel alterans, nisi hic in quibusdam oris & faucium vitiis.

 1.) ele ctua-

1.) Electuario tenuius, syrupo crassius & consistentia mellis æmulum medicamentum, ita ut lambi possit, dicker Safft / D. in fictili s. pyxide cum baculo glycyrrhizæ, no. j - ij.

2.) Rob, pulpis, conserv. mucilaginibus, extractis, succis inspissatis, raro conditis solidiusculis, quippe quæ renuunt subtilisationem ad lambitionem requisitam.

3.) Pulveres Galenici & Chimici, præsertim species; trochisci vero, rotulæ, confectiones solidæ, &c. prius debent pulverisari.

4.) Quod si fuerint liquidiores, vel pulverum præscriptorum additione nihilominus tenuior existat consistentia linctus, moderari debet sacch. ℥sat, qv. s. Crassior vero a syruporum crassitie vel pulverum farragine corrigatur, præter syrupos, ▽ quadam appropriata: quod potissimum pharmacopæio relinquitur. Aliâs quandoque soli syrupi pro constituendo looh sumuntur.

5.) R, ess. elix. balsamis refracte. Insuper notentur, quæ in tabulis de Electuario dicta sunt.

Absint ingrata, amara, aeria, ✠da, ⊖na, rancida, fermentantia, non solubilia in ore, & inepta ad lambendum.

Proportio ingredientium, & ordo.

looh. ℥j.
pulpæ
mucilag. ʒiii.
electuar. } rarius ʒii.
conserv. }
succ. inspissat.
extract. ʒß.
essent.
elixir. ʒß - j.
pulver.
specier.
trochisc. ʒi - ii.
ol. gutt. ii-iii.
vel æleosacchar. ʒß.
syrup. qv. s.

Dosis integra ℥ii - iv.

Exempla.

℞. looh ad asthm. ℥i.
sperm. cet. ℈iv.
♁ diaph. ʒß.
extract. chærefol.
nicotian.
scabios. an. ℈ß.
g. ♓. in ▽ asthm. solut. ℈i.
elix. pector. ʒß.
oxymell. squill. ℥ß.
syrup. scabios. qv. s. M. F. l. a.
Looh D. ad fictil. cum baculo glycyrrh. no. ij. S. dicker Safft / offte davon zu lecken / voraus frühe und von 3 Uhr biß zur Abendmahlzeit: in dyspnoea:

℞. pulp. passul. min. ℥j.
mann. elect. in ▽ tussilag. solut.
ol. amygd. d. an. ℥ß.
sperm. cet. ʒj.
rad. ir. Flor. ℥sat.
lap. ♋ ppt. an. ℈ii.
ol. anis. gtt. ij.
syrup. violar. qv. s. M. F. linctus
D. in pyxid. cum bacul. glycyrrh. S.

Ab-

Ablösender Brust-Safft vor Kinder/ iezuweilen davon ein weniges in den Mund zugeben; oder auf einmahl ein klein Kinder Löffelgen voll.

℞. conserv. herb. cost. ℥iß.
extract. tussilag. ʒß.
scord. ℈ß.
croc. gr. V.
pulv. pector. balf.
trochis. becch. nigr. an. ʒi.
balsam. ♆. anis. gtt. iv.
syrup. de hyssop. qv. s. M. F. linctus, S. Brust Safft offte ein paar Messerspitzen voll allmählig zu schlucken/ ohne nachzutrincken.

℞. pulv. rad. helen.
glycyrrh.
fol. rut. an. ʒiß.
flor. ♆. ℈ij.
croc. orient. trit. ℈ß.
~ ⊖ ✕ anis. ℈i.
mell. despumat. cum ▽ asthmat.
s. v. dilut. qv. s. M. F.
Eclegma, D. cum baculo glycyrrh. no. ii. S. des Tages mit den Holtze etwas zu lecken.

℞. mucilag. sem. hord. ℥j.
succ. glycyrrh. inspiss. ʒj.
spec. diatrag. frig. ʒiß.
æleosacch. fœnicul. ʒß.
M. cum syrup. de glycyrrh. qv. s. & F. looh, D. cum bacul. glycyrrh. S. lindernder Safft/ offte davon zu lecken.

℞. looh de papaver. ℥j.
farfar.
conserv. rosar. r.
mucilagin. sem. hord. an. ʒiii.
extract. hed. terrestr. ℈i.
troch. becch.
spec. diair. s. an. ʒi.
elixir. pector. ℈ii.
ess. croc. ℈i.
syrup. de jujub. qv. s. M. S. offte ein paar Messerspitzen voll in den Mund zu nehmen/ und sachte hinterzuschlucken.

℞. mucilag. sem. cydon.
rad. alth. an. ʒiii.
mell. ros. ʒii.
balsam. Peruv. gr. v.
syrup. diamor. qv. s. M. F. looh. D. in pyxid. S. eusserlicher Safft die Zunge damit zu pinseln.

℞. troch. de gall. mosch. ʒß.
catech. odorif.
spec. diambr. compl. an. ℈i.
ol. cinam. citr. ver. an. gtt. ii.
syrup. dialcherm. qv. s. M. F. Eclegma, D. S. ein Messerspitzgen voll/ auf bedörffenden Fall/ in den Mund zunehmen.

℞. syrup. viol. de glycyrrh. an. ℥i.
sacchar. cand. alb. q. s. M.

℞. syrup. de erys. Lob.
hyssop. an. ℥i.
papav. rh. ℥ß.
troch. becch. nigr. ʒii.
elix. pector. ℈i.
bals. ♆. anis. gtt. iii. M.

℞. sy-

℞. syrup. de erys.
scabios.
looh. san. & expert.
ad asthm. an. ℥ß. M.

℞. ol. amygd. d. rec. ℥i.
mann. elect.
syrup. viol. an. ℥ß.
sacchar. penid. vel finisſ. qv. s. M.
S. abführender Brust Safft.

℞. rob. cydon. ʒvi.
rib. ℥ß.
conſ. menth.
confect. de hyac. an. ʒii.
spec. arom. roſ.
corall. ppt. ʒß.
ol. mac. gtt. ii.
syrup. acetoſ. citr.
cinam. an. ℥ß. M.
cum ▽. cort. citr. qv. s. ut F. linctus,
S. Stärckender Safft.

TAB. X.

DE

PILVLIS.

Pilulæ (1.) ex
- Pil. officin. & appropriatis.
- resinis, & quasi talibus 2.)
- extractis, & similibus 3.)

} seorsim aut coniunctim per se, l. cum pulveribus 5.) it. & ∘°∘is destillatis } cum liquido ∼so l. ∘°∘so 6.) aliove molle aut liquabili. 7.

- pulveribus, præsertim in recessu viscidis, 4.) cum vehiculo molli, extracti - aut syrupiformi, 8.) balsamo viscidiori,

} F. Vsus, 9.) alterans vel purgans (10.)
Dosis generalis ʒii - ℥ß.
special. ℈ß-j-ʒß: quo angustior, eo elegantior.

1.) Quarum materiale sunt, omnia viscida, gummosa, resinosa, extracta spissa, sapore amara, austera, nauseosa, (⊕♂), graviora, nociva ori, (☿alia) vulgo pro talibus habita.

2.) Mucilaginosis, gnmmosis, g. resinis, succis concretis, lacrymis, suboleosis.

3.) Succis expressis inspissatis, rob.

4.) Nempe, speciebus hier. picr. ♃ castor. gialap. scammonii, aloes, camphoræ, mastichis, benzoes terris bolisve.

5.) Efficacioribus concentratis, parce tamen ut massa cohæreat, nempe ☿bus, ♁bus, ♃nis, ☉bus, ☽ribus, ⊖bus volatilibus, ⊖ia tamen, ut & ∘°∘a destillata, non nisi sub usu extemporaneo & modice, ne impediant consistentiam, non adduntur facile, ideo officinales non

non ingredi deberent, cum illa humidum aeris admittant.

6.) ℞, essent. elix. ♁, ⁂eo destillato, expresso, balsamo liquido.

7.) Rob, syrupo, extract. liquid. terebinth. lota, mucilagine quadam.

8.) Melle, rob, succo inspissato, confectione molli, syrupo.

9.) Numero *indefinito*, majores magnitudine pisi majoris, scil. gr. ii-iv, mediocres, magnitudine pisi minoris, gr. i-iß, minores, magnitudine lentium gr. $\frac{1}{4}$ - ß - j. vel *definito*, F. Pil. num. XXX, LX, C, item, num. ii-iij. ex gr. i, vel num. j. ex gr. V, vel num. V ex ℈i. Possunt formatæ irrorari ⁂o destillato, itemque conspergi siccissimo pulvere, cinamom. glycyrrh. anis. santal. citr. specieb. aromaticis, nempe bene sapido & odorato; aliove leviori, quadam fecula, sem. lycopodii, ne massa fluidior cohæsionem pilularum causetur. Deaurari vel argentari quoque solent, partim ad splendorem, p. ne gustum acriora nimis afficiant.

10.) Lenientes vesperi ante cibum sumuntur, purgantes mane cum vehiculo calido; aut earum tertia vel dimidia pars vesperi, reliquæ insequenti mane: alterantes quocunque tempore necessitatis, multis præbiis.

Porro not. 1. in formatione ingredientia emolliri debent, tam resinæ-osa, 🜄 aut ♁oso vinoso alio; quam extractactiformia, viscosa ▽sa, nempe rob, succi inspiss. mucilag. liquore ▽eo, resinosa ♁uoso. Cuilibet tamen fere massæ pil. sicciori iusto subadspergitur, ut tractari possit, 🜄 vulgaris guttatim ex vitro occluso vesica, perforata acu.

2.) Gummata solutione depurata inspissataque usurpentur.

Exempla.

℞. M Pil. ♀rear. Qv. ℈ii.
vel, M Pil. coch. ʒß.
F. cum elix. PP. pilul. nō. XXX, conspergantur pulvere sem. anis. D. ad scatulam, S. Purgier Pillen/ auf 1. mahl frühe mit warmer Brühe nachzutrincken/ einzunehmen.

℞. resin. gialap. gr. IIX.
g. galban. depurat. gr. v.
diagryd. ♁at. gr. IV.
⊖ ♀. gr. iii. M. F. cum
ol. anis. gtt. ii-iii. Pil.
instar pisi minoris, D. S. ut supra.

℞. extract. diacarth. ℈ß.
rhabarb. gr. IIX.
cathol. gr. vi.
⁂ fœnic. gt. ii. M. F.
pilul. nō. XV, inaurandæ, S. ut supra.

℞. pulv. laxat. veget.
vel, specier. hier. picr. c. agar. ʒß.
vel, gial. nigr. resin. ℥s. gr. xv.
aloes depurat. ℈ß.
magister. g. gutt. gr. v.
trochisc. alhand. gr. ii.
♀ ⊖lat.
zingiber. pulv. an. gr. iv.
rob iuniper. l. syrup. ros. solut.
qv. s. M. F. pilul. minores, conspergantur pulvere cinamom. D. S. Lind Pillen/ auf 2. oder 3. mahl.

 ℞. M Pil.

℞. Pil. de aloe sennata ♂l. gr. xii.
purgant. Sylv. gr. ix.
resin. agaric. gr. vii.
extract. helleb. nigr.
cathol. an. gr. V.
☿ dulc. gr. iix.
⌒ anis. vel cochlear.
qv. s. M. F. pilul. mediocres, insperge pulverem glycyrrh. vel spec. aromat. rosat. D. ad scatul. S. Purgier Pillen/ 13. biß 15. auf einmahl.

℞. extract. panchymag. Croll. ℥i.
resin. gialap. gr. xxvi.
diagryd. ♀at. ℈i.
trochisc. alhand. ℈ß.
♀ ⊕lat. gr. xv.
ol. succin. gutt. vi. M. F. Pil. ex ℥j. nō. LX. S. Usual Purgier-Pillen/ 11. 13. biß 15. auf einmahl.

℞. gumm. gvajac. ℥ii.
♁ nativ. pp.
☿ dulc.
sem. vitic. an. ℈ii.
extract. sarsæpar. ℈i.
camphor. ℈ß.
laud. opiat. gr. ij.
ol. lign. sassafr. gt. iij.
bals. de Copayb. qv. s. M. F. Pil. ex ℈i. nō. V. S. Alterier Pillen/ alle Morgen 2. einzunehmen: in gonorrhœa virul.

℞. Pil. de cynogloss. ℥j.
castor. ppt. ℈j.
☿ diaphor. gr. xv.
resin. guaiac. lign.
extract. croc. an. ℈ß.
⊖ volat. succin. gr. vi.
essent. lignor. qv. s. M. F. Pil. nō. C. S. Fluß und Glieder Pillen/ beym Schlaffengehen 9. einzuschlucken mit Biere.

℞. extract. gentian.
marrub. an. ʒß.
hysteric. ℈j.
castor. ℈ß.
croc. gr. V.
bezoard. ♃al.
troch. de myrrh. an. gr. xiix.
laudan. hyster. gr. ix.
ol. menth.
succin. alb. an. gt. iii.
M. F. cum R ♀ pilul. minores argenteæ, D. ad scatul. S. Mutter-Pillen / 6. auf einmahl/ alle Morgen mit warmer Brühe zu nehmen / und sonsten bedörffenden Falls.

℞. extract. torment.
nuc. moschat. mastich. el.
sanguin. dracon. an. ℈ii.
croc. ♂ adstring. ℈j.
laud. opiat. gr. ii.
bals. Peruv. gr. iii.
ol. cinam.
cortic. aurant. an. gt. iii.
miv. cydon. arom. vel
succi cydon. inspissat. aut
extract. absynth. liquidi qv. s. M. F. l. a. pilul. ex gr. ii. nō. I, insperge pulverem cinamom. D. ad scatul, S. Magen stärckende Pillen/ den Tag 2. mal/ allezeit 6 an der Zahl zu nehmen.

TAB. XI.

DE
TROCHISCIS.

Trochisci 1.) ex { pulveribus omnifariis exacte tritis, - extractis, confectionibus concentratis, & similibus, - oleis destillatis, - & saccharo fino, } seorsim aut conjunctim, cum mucilagine 2.) F. solida 3.) forma, pro lubitu oleo destillato irrorandi. Vsus, alterans, potissimum pectoralis. 4.) Dosis integra ad ℥ß-j-℥ii.

1.) Affines sunt rotulis, atque his minores, pilulis vero majores: ex iisdem fere ac rotulæ constant, præsertim in recessu viscidis, ingredientibus.

2.) Gumm. Arab. inprimis tragacanthi, vel mucilagine hordei, altheæ, sufficienti quantitate ▽ destillatæ appropriatæ vel simplicis extrahenda; hac excipiuntur ingredientia, laboriosa & exacta contusione in mortario, dum fiat massa, pilularum recenti non absimilis. Tale excipiens interdum est mel, syrupus aliquis, succus, albumen ovorum, similis viscosus liquor. Quod si in recessu viscida sunt ingredientia, aut superaddita pulveribus gummosa, v. g. Arab. tragac. mastix, sanguis draconis, &c. vinum, ▽æ destillatæ &c. recipi possunt, quibus ista inter contundendum irrorentur.

3.) Qualis pilularum, sed depressa nonnihil, & asterisco vel alio signo notata. Consistentiam habent quidam grossiorem, & vel majores, v. g. troch. de squill. de agaric. &c. vel minores, v. g. trochisc. becch. de myrrha, &c.; quidam tenuiorem, & forma orbiculari, v. g. troch. de viperis; nonnulli sunt minimi, oblongi & teretes, bacilluli dicti ad instar muscerdæ, quales troch. de catechu. Magistrales esse debent sublingvales & solubiles facile, quare ℥es subtiles sunto.

4.) Internus est pectoralis, & in affectibus oris, nempe, fœtore, & faucium, asperitate scil. confortans, stomachalis, cephalicus, præservativus in febb. & morbis epidemiis: vel externus, pro suffitu.

Exempla.

℞. specier. diatrag. frig. ʒiß.
extract. chæref.
tussilag.
helen. an. ℈i.
croc. ℈ß.
g. benz. ♓ depurat an. gr. iix.
æleosacch. anis. ʒiii.
succ. glycyrrh. in ▽. hyssop. dilut. ℥ß.

 M. F.

M. F. l. a. Troch. S. Husten-Küchlein / des Tags offte davon eins in den Mund zunehmen.

℞. troch. de terr. sigill.
pulv. stypt. Heurn.
sangv. dracon. an. ʒi.
extract. veron.
scabiof. chærefol. an. ℈ß.
balf. Peruv. gr. ix.
laud. opiat. gr. iij.
g. Arabic. tragac. an. ℈ii. M. F. cum ▽ violar. Troch. S. heilende und anhaltende Brust-Küchlein.

℞. extract. glycyrrh. ʒiß.
hyssop.
succin. ppt.
♁. diaph. an. ℈i.
pulveris croc. gr. IIX.
facchari. penid. ℥j.
mucilag. rad. alth. qv. f. M. F. Troch. S. Mund-Küchlein vor die Heisscherkeit.

℞. spec. diambr. compl. ʒii.
aromat. caryophill. ʒiß.
Vel, styrac. calamit.
asæ dulc.
pulv. lign. al.
cinam.
cardam. an. ℈ii.
moschi, gr. vi.
ambr. gryf. gr. iii.
ol. citr. ver. gt. iv.
lign. Rhod. gt. ii.
M. F. cum syrup. cinamom. Trochisc. S. besondere Küchlein.

℞. spec. liber. f. al. ʒiß.
pulv. viperar. compof. ℈ii.
confect alkerm. incompl. ʒß.
extract. zedoar.
myrrh. elect. an. gr. IIX.
ol. angelic. citr. an. gtt. iii.
cum f. qv. facch. & gumm. tragac. in ▽ zedoar. solut. F. Trochisc. S. Bewährende Küchlein / beym Ausgehen frühe und sonst eins in den Mund zu nehmen.

℞. g. benzoes.
storac. calam. an. ʒiß
succin. thur.
mastich. g. ladan. an. ℈ii.
liquidamb. ʒß.
balf. Peruv. ℈i.
zibeth. gr. iii.
ol. lign. Rhod.
caryoph.
cinamom. an. gt. iii.
g. tragac. in f. qv. ▽ rosar. folut. qv. f. M. F. Trochisc. D. in scatula, S. wohlriechende Räucher-Küchlein.

TAB. XII.

TAB. XII.

DE ROTVLIS.

Rotulæ 1.) ex { pulveribus, 2. & miscibilibus aliis, 3.) oleis destillatis, (vel æleosacch.) succis expressis liquidis vel parum inspissatis, } singulis aut universis, cum saccharo 4.) F. Vsus varius.

1.) Ingredientia sint sapore grata, concentratiora: ingrata refracte saltim addantur. Dicuntur quoque tabellæ.

2.) Esse possunt radicum, sem. aromatum, gummosorum & similium ☿rabilium, species, magisteria, flores, fæculæ & Chymica alia.

3.) Vt sunt, fucci expressi pro lubitu leni igne inspissati, extracta, confectiones, balf. liquida, ℴℴ destillata, essentiæ & ℞æ sapidæ aut svaveolentes.

4.) Cujus pondus determinatur, aut arbitrio pharmacopœi committitur. Solvitur ad △m in ▽ f. vel destillata, emulsione, rarius infuso vel decocto, vel cum solis succis liquidis, quando ex illis constare debent, & ad consistentiam mellis & tabulati, (quod experiri licet, guttula in laminam effusa, si constiterit, bene est,) coquitur, cui ab △e remoto adhuc fluido & calido cum spatula celeri agitatione immiscentur reliqua, & fere coagulato paulo ante momentum effusionis ipsa ℴℴea destillata, aut essentiæ svaveolentes & sapidæ volatiles, hinc super tabulam æneam cita fiat guttatim effusio. Consulunt alii, hæc ipsa volatilia factis rotulis, dum incipiunt refrigerari, melius aspergi aut illini plumaceolo.

Notetur, quando cum ✠dis succis componuntur, cum parum horum ingredi debeat, saccharum pulverisatum posse calefieri, donec fere liquefiat, atque tunc addi succos parcius longe, aut vero ad dimidium evaporari, quo facili coctione postmodum saccharum tabulati consistentiam acquirat.

Vsus est alterandi, confortandi caput, ventriculum &c. pectoralis, pro faucibus, raro purgandi.

Proportio ingredientium.
pulver. ʒi-ii.
essent.
succ. liquid. ʒi-iß.
inspissat. ℈ii-ʒi.
confect.
extract. ℈i-ʒß.
balf. liquid.
ol. destillat. gtt. iii. facchari ℥ß-j.

 vel

vel pulverum, aut
succorum ʒiii. ad
sacchari ℥i.

Dosis integra ℥ii-iv-vj.

Exempla.

℞. spec. diatrag. frig. ʒii.
pulv. glycyrrh.
ir. Flor. an. ʒi.
antiheƈt. Poter. ʒß.
flor. 🜍 ℈i.
sacchar. in 🜄. viol. soluti, & ad tabellati consistentiam coƈti ℥iij.
F. l. a. Rotulæ, S. Husten stillende Küchlein.

℞. pulv. Haly contra phthis. rec. disp. ʒii.
succ. glycyrrh. Hispan. ʒiß.
extraƈt. veron. tussilag..
looh. san. an. ℈i.
bals. 🜍 anis. gt. vi.
sacch. in 🜄 tussilag. & scord. solut. ℥iii. F. l. a. Rotul.

℞. specier. diair. Sal. ʒii.
flor. 🜍 ℈ii.
pulv. croc. orient. gr. xv.
extraƈt. glycyrrh. helen.
scabios.
g. benzoes an. ℈i.
♓ depurat. ℈ß.
sacch. alb. in 🜄. hyssop. solut. qv. s.
ol. foenic. destillat. gt. vj.
F. l. a. Rot. D. in scatul. S. &c.

℞. ol. destillat. mac. nucist.
citr. ver. cort. aur. an. gt. V.
cinamom. gt. iii.
sacch. alb. in 🜄 lil. convall.
solut. ℥iiß. (huic fere coagulato addantur olea,)
F. l. a. Rotulæ, S. Stärckende Küchlein.

℞. succ. berber. rib.
fragor. ceras. n. a. ℥iß.
sacch. Canar. ℔i. F. l. a. Rotul.
S. Kühl-und stärckende Küchl.

℞. spec. diambr. complet. ʒiß.
lap. V. pretios. ℈ij.
pulver. cordial. pretios. ℈i.
magister. cord.
perl. ppt.
bezoard. ☉ar. an. ℈ß.
confeƈt. alkerm. ʒii.
extraƈt. lign. al. gr. ix.
ol. mac. destillat. gt. V.
sacch. alb. in 🜄 flor. aurant. & borrag. solut. qv. s.
F. confeƈtio in rotulis, conspergantur balsamo vitæ, D. S. Hertzstärckende Küchlein.

℞. pulv. rad. gialap. ʒiij.
cremor. ♀ ℈v.
extraƈt. rhabarb. ʒß.
☿ dulc.
diagryd. 🜍at. an. ℈i.
ol. anis. gt. ii.
sacchar. alb. in 🜄 fœnic.
solut. ℥iii.
M. F. rotul. S. Purgier-Küchlein / 3. Quentlein auf einmahl einzunehmen.

℞. cre-

℞. cretæ, lap. cryſtall.
corall. r. ppt.
cryſtall. ♀ an. ʒj.
nuc. moſch. ℥, ℈ii.
ſacchar. ℥iii. in ▽ portulac. ſolut. & ad conſiſtentiam tabellati cocti, M. F. l. a. Rotul. D. in ſcatul. S. Küchlein wider den Sood.

℞. ſacchar. ▽ lavendul. ſolut. & ad conſiſtentiam tabellati cocti ℥ii.
ol. deſtillat. lavendul.
cardamom.
macer. an. gt. vi.
F. l. a. Rotulæ, conſperguntur eſſ. cinamom. S. Haupt-Küchlein.

℞. ſpec. aromat. roſat. ʒii.
diambr. compl. ℈ii.
ol. cinam. caryoph. an. gt. iv.
ſacchar. finiſſim. in ▽ roſ. ſolut. qv. ſ. F. l. a. Rotulæ, ℞ regia conſpergendæ, S. Mund Küchlein.

℞. ſucc. citri expreſſ. & depur. ℥i.
ol. citr. ver. ℈ß.
ſacchar. ℥iv. ad conſiſtentiam tabellati cocti. F. l. a. Rotul. quinta eſſ. aut elixir. citr. irrorandæ. S. Stärckende Citronen Küchlein.

TAB. XIII.

DE MORSVLIS.

Morſuli ex { ſpeciebus, 1.) pulveribus, 2.) mollibus mediis, 3.) } ſeorſim aut ſimul ſumtis, mixtis cum ſaccharo in ▽is deſtillatis ſoluto, 4.) F. Uſus potior alterativus, interdum purgans.

1.) Tam ſimplicibus, radicum, fructuum, præſertim alimentariorum, amygdal. dulc. pinear. piſtac. &c. quos decet excorticare; quam officinalibus aromaticis, & trageis groſſis. Fructus autem & condita conſcindere, & aromata bene ſapida contundere groſſo modo licet, reliqua vero ſubtilius.

2.) Variis, præparatis, chymicis, magiſteriis, feculis, confectis ſolidis, ſiccis bene tritis.

3.) Conditis, conſerv. electuariis, confectionibus mollibus, extractis.

